Eccl. xxxii sed... 44 375

DOCTORIS D. IOANNIS Chrysostomi Perez Davia, Prothonotarij Apostolici.

Olim Vespertinę sacrorum Canonum Cathedræ in Accademia Toletana moderatoris, nunc verò pro Eminentissimo Domino Cardinale de Sandoval & Moscoso, Archiepiscopo Toletano, Hispaniarum Primate, Vicarij, atque Visitatoris Cazorlensis districtus, ac Iudicis Methropolitani Bazensis Abbatię, Guadicensis Diœcesis.

In causa Bazense manutẽtionis, sedis in Presbyterio Ecclesiæ Parrochialis oppidi de Castril.

VOTVM.

N. 1. D. Ferdinandus Emanuel Antonius de Zafra & Guzman, dominus oppidi de Castril, Bazẽsis Abbatiæ, Diœcesis Guadicensis, cũ in die 24. mensis Februarij, anni 1651. sellam quandam apponere fecisset, in plano altaris maioris Ecclesię Parrochialis, intra cancellos inferius à grada, vbi ministri deseruiunt altari, in cornu Euangelij, & adesset sedens celebrationi Missæ maioris, absque eo quod à Beneficiatis & Clericis contradictus fuisset, postmodũ eodem die per literam prædicti Beneficiati cõquesti fuere apud oficialem, & iudicem Ecclesiasticum Bazæ, qui per mandatum prohibuit prædicto D. Ferdin. Eman. ne ibi sederet, & si ad se ius spectare prętenderet apud ipsum iudicem deducere pręcepit, sub quibusdam censuris & pœnis, hoc intimato mãdato, dictus D. Ferd. Eman. petijt manutẽtionem sedis prædicto in loco virtute quasi possessionis sedendi, per D. Ferdinandum Ludouisium eius patrem, antecessores ipsumque quæsitæ suspenso possessorio, & petitorio plenario, super qua petiit interloqui, & informationes capi, dataque copia similis petitionis parti Fiscalis Ecclesiastici denegandam esse affirmauit manutẽtionem, ex eo quia prædict. D. Ferdin. Eman. non possedisset, nec pater,

nec ascendentes illius, nam pater dicebatur nunquam sedisse in presbyterio, sed in choro cum Beneficiatis, cæterũ ex eo, quia talis possessio, dato casu, quod apprehensa fuisset, non erat manutenibilis propter iuris repugnantiam, quo prohibitũ erat laicis in presbyterio sedere, rationibusque hincinde deductis, & allegatis, negatoque pro dict. Ferd. Eman. luç quasi possessioni vllam dari iuris repugnantiam, & varijs articulis introductis, super prædictis informationibus capiendis, causa in articulo ad me per appellationem transportata, officiale iudice Ecclesiastico Bazense legitimè recusato, atque in hoc Methropolitano Tribunali retenta, iterum pro D. Ferdin. Eman. in manutentione sedis insistebatur, quod quidem similiter contradictum fuit ex dictis rationibus per Fiscalem Ecclesiasticum, receptique fuere testes pro vtraque parte, iuxta interrogatoria, & pro D. Ferdin. Eman. probata fuit quasi possessio sedendi prædicto in loco, tam ex persona sui, quam in patris & ascendentium pluribus actibus à primo domino oppidi, & fundatore maioratus per spacium circiter centum annorum, pluribus testibus deponentibus de visu, & auditu cum assistentia, & tolerantia Beneficiatorum, & Clericorum prædictæ Ecclesiæ, & quod magis est etiam cum assistentia Episcoporum Diœcesis Guadicensis, qui in aliquibus actibus sederunt simul cum D Ferd. Ludouis. eius patre prædicto in loco, dum meliorem & altiorem locum tenerent Episcopi, ac item deponunt prædictos dominos oppidi habere ius sepulchri intra cancellos altaris maioris in cornu Euãgelij, qui omnes testes subditi, ac vassalli sunt dict. D. Ferdin. Eman.

2 ¶ Et pro parte Fiscalis Ecclesiastici per testes probatum fuit locum presbyterij proprium esse Episcoporum, nec esse laicorum, nec imò Regum Hispaniç, qui nunquam consueuere suam sedẽ constituere, nisi in plano capellç maioris, ac per prædictos Beneficiatos, & Clericos depositionibus fuit affirmatum præd. D. Ferd. Eman. intra duos annos, quibus in possessione est maioratus oppidi nunquam sedisse prædicto in loco, sed tantum prędicto die 24. Februarij, & audiuisse alios ascendentes sedisse, ac etiam resultat ex depositionibus testium Fiscalis D. Ferdin. Ludouis. sedisse in choro cum Beneficiatis, ac Clericis.

3 ¶ Legitimèque causa conclusa circa manutentionem concedendam, vel denegandam, pro parte Fiscalis Ecclesiastici denegandam esse asserentem, sequentia instabant fundamenta. Primo enim videbatur testibus deponentibus de quasi possessione D. Ferdin. Eman. tam ex persona sui, quam patris, & ascendentium fidem non esse dandam, cum vassalli, & subditi

ratione

ratione iurisdictionis, testes idonei in causis dominorum non reputentur, ex regula text. in l. idonei 6 ff. de testib. cuius hęc verba: *Idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest; vt testes fiant*, & ex text. in l. eos 4. C. de testib. ibi: *Et potentatui*, ex quibus, & alijs probat Farin. de oppos. contra pers. test. quæst. 55. nu. 212. in illis verbis: *Limita quarto, vt in omnem euentum, & in omni casu subditi, isti non sunt testes integræ fidei, & omni exceptione maiores, &c.* & deducitur ex doctrina Menoch. de retin. possess. remed. 3. num. 720. & Posthij de manutenendo, obseruat. 71. num. 94. atque ita non probata quasi possessione, vel non legitimè probata denegandam esse manutentionem videtur, ex traditis per Couarruv. pract. quæst. cap. 17. num. 3. & seq. & post omnes cũ caterva Doctorum, quos cumulat Posth. de manut obseruat. 2. & observat. 38. à num. 12. cum seqq. vbi & vtrunque tradit, & quod possessio, vel quasi est probanda, & legitimè probanda ad obtinendam manutentionem.

4 ¶ Deinde nam inter testes D. Ferdin. Eman. & testes Fiscalis maxima adest contrarietas; illi enim asserunt, pluries sedisse in presbyterio D. Ferdin. Eman. isti verò deponũt, tantum sedisse prædicta die 24. Februarij, & cum sint testes Clerici non subditi, & verosimiliora deponentes, pro quibus adest præsumptio veritatis, ac verosimilitudinis, qui necessario adderant celebrationi diuinorum Officiorum, dum per alios dicitur sedisse, videbatur hisce rationibus testes Fiscalis, non verò partis fidem mereri, licèt deponát negatiuè aduersus affirmantes, quod in terminis manutentionis probat pluribus adductis Menoch. de retin. possess. dict. remed. 3. num. 719. cum seqq. Posth. de manut. dict. obseruat. 71. num. 84. cum seqq. & decis. 64. nu. 12. quibus in locis plures authores cumulat.

5 ¶ Et etiam nam testes Fiscalis deponunt de speciali actu, at verò testes D. Ferdin. Eman. deponunt de actibus in genere, quo in casu testes deponentes specialiter præferuntur cæteris, ex Decio cons. 62. num. 28. & cons. 498. num. 7. Cravet. cons. 94. num. 3. Socin. cons. 88. nu. 18. tradit Posth. d. decis. 64. n. 5.

6 ¶ Ex quibus inferri videbatur D. Ferd. Eman. tantum probasse vnicum actum sedendi, occasione cuius lis fuit mota, qui quidem non tribuit possessionem manutenibilem, vt ex sequentibus considerationibus cõprobari censetur. Prima, quia actus, & possessio, & quæ dederunt occasionem liti non sunt habendi in consideratione ad obtinendam manutentionem, ex Lãcellot. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 1. num. 111. & seqq. Farinac. in 2. part. fragment. in verbo, *inhibitio*, num. 339. Fontan. de pact. nupt. claus. 7. glos. 13. p. 10. num. 56. & seq. ex Alex. Ludouis.

douis.decis.4.num.2.& decis. 417.num.4.& ex alijs, quos refert & sequitur, tradit Posth.de manut.obseruat.17.à num.44. cum seqq.

7 ¶ Secunda, nam etsi dicatur prędictum actum, de quo constat sufficere ad adquirendam quasi possessionem, vt ex Mazar.& Menoch.refert Steph. Gratian.discept.forens. cap. 110.num.17.& cap.210.num.41.& tradit Posth.obseruat.18. num.25. maximè cum talis actus interpellatus non fuisset, tunc etiam repugnare videtur prædictę quasi possessioni, illud quod idem Posth.docet in dict.obseruat.17.num.49.ibi: *Non enim dicitur quis possidere tempore litis motæ propter aliquem actum, quem ipse fecerit propria authoritate, super quod simul atque scivisti, iudicialiter conquæstus fuisti, quia ille ex illo actu non dicitur adeptus fuisse possessionem, &c.* Præcipuè cum ipsa die qua D. Ferdin. Eman.sedit Beneficiati Ecclesiæ Parrochialis de Castril, conquęsti fuere apud iudicem Ecclesiasticum Bazæ, & prohibita videatur apprehēsio prædictæ sedis, ac quasi possessionis propria authoritate, vt probatur ex natura verbi, *præsumant*, de quo in cap.1. de vita & honest. Cleric. vbi communiter Doctores, & cōstat ex eo quod tradit Loterius de re benefic. lib.2.quæst.14.à nu. 54. quem & alios refert Augustin. Barbos.de dict.vsufreq. dict 278.n.2.

8 ¶ Tertia consideratio erat, quia seclusa probatione tan-
quasi possessionis D.Ferd Eman.ac eius apprehensione,
quam minus legitima ex superius dictis; videbatur quasi posses-
sionem patris, & cæterorum ascendentium, ei non proficere ad
manutentionem, sed necessarium fuisse probasse propriam apprehensionem, & quasi possessionem cum omnibus requisitis,
aliàs hoc remedium ei non competere sed alio indigere ad cō-
sequendam quasi possessionem præuio manutentionis, argumē-
to text in l.Pomponius 13.§.quæsitum, l.cū hæredes 23. l. qui
vniuersas 30.§.quod per colonum, ff.de acq.& amit. possess. ex
quibus iuribus, idem probat, & tenet Posth.de manuten. obser-
uat.55.à num.23.cum seqq. in illis verbis: *Secundo principaliter*
videndum est, an mandatum de manutenendo, possit prætendere hæres ex
possessione defuncti, absque alia eius apprehensione, in quo constituenda
est regula negatiua, quod scilicet non detur manutentio hæredi ex persona
& possessione defuncti. Menoch. de retin. remed. 3. num. 57. Bocat. de in-
terd. vti possid. cap. 3. num. 5. Rot. in Anconitana bonorum coram L. ita
apud Marchesan. de commis. p. 1. fol. 989. sub nu. 1. in recent. decis. 392.
num. 2. par. 2. Rot. recent. decis. 696 num. 1. p. 2. & in Recanaten. præ-
dij coram R. L. D. Carrillo, post tract. decis. 629 nu. 3. & 4. & decis.
644. n. 3. sed debet petere à iudice immissionem, & postquam est immis-
sus, debet petere manutentionem Bocat. d. n. 5. &c.

9 ¶ Secundo videbatur, quod licet plenè & conclu-
denter

denter probata esset quasi possesio ascendentium, & apprehensio D. Ferdin. Eman. talis quasi possesio nō potest reputari manutenibilis, tanquam dependens ex gratia, & facultate Episcopi Guadicensis, ac Beneficiatorum prædictæ Ecclesiæ Parrochialis; certum est enim ius sedendi in Ecclesia, in altiori loco dependere ex gratia & facultate Episcopi, & Clericorum; ita probant communiter Doctores, in text. in dict. cap. 1. de vit. & honest. Clericor. Cardin. Zabar. ibi num. 2. in medio, ibi: *Nam de licentia Clericorum possunt, &c.* Anton. de Butrio ibidem, num. 7. in fin in illis verbis: *Et idem dicas si Clerici invitant laicos, &c.* Ancharran. num 4. ibi: *Et idem dicas si Clerici inuitant laicos, &c.* Lãbert. de iure patr. lib. 1. p. 1. art. 15. quæst. 10. num. 2. ibi: *Bene verum est illa non posse in Ecclesia apponi inuito Episcopo, sed solum de illius gratia, &c.* Steph. Gratian. discept. forens. dict cap. 110. nu. 18. & seq. ibi: *Sed solum ex tolerantia, & ex gratia, sicut in iure patronatus, &c.* & in dict. cap 210. num. 46. in illis verbis: *Sic etiam potest ex gratia concedi ius sedendi honoris causa, &c.* Atque ita tanquã in facultatiuis videtur denegandam esse manutentionem, ex eo quod per Steph Gratian. discept. forens. cap. 655. num. 49. Caual. decis. 286. num. 1. & decis. 48. num. 9. Ricci. in collect. decis. collect. 1293. in fin. Tusch. lit. P. cõclus. 32. num. 7. traditur, & per Posth. de manutent. obseruat. 53. & obseruat. 54. vbi latè de actibus facultatiuis, & familiaritatis, quibus in locis statuitur; possesionem, vel quasi inherentem actibus facultatiuis, nõ esse in consideratione ad manutentionem consequendam.

10 ¶ Tertio, nam quasi possesioni D. Ferd. Eman. videtur repugnare ius commune, vel saltem habere contrariam iuris præsumptionem, quo in casu dum tantum probatum sit, se in quasi possesione esse, & titulum non probaverit deneganda venit manutentio, licet longeua sit quasi possesio probata, ita tenent Mascard. de probat. concl. 1195. num. 65. & seqq. Fontanel. de pact. nuptial. claus 7 glos 3. part. 10. num. 43. in fin. Marques. de commis. par. 1. de commis. appel. in posses. fol. 935. nu. 99. Stephan. Grat. discept. forens. cap. 801. num. 27. & cap. 870 num. 15. & seqq. Cancer. var. resol. cap. 14. num. 39. & seqq. & cap 19. num. 57. & seqq. Posth. de manutenend. obseruat. 44. à num. 1. cum seqq. Salgad. de supp ad Sanctissim. 2. part. cap. 16. num. 17. Augustin. Barbos. tom. 1. votor. decisiuor. vot. 52. à n. 6. cum seqq.

11 ¶ Quod tamen ius commune repugnet prædictę quasi possesioni probare videtur, textus expressus in cap. 1. de vit. & honest. Clericor. cuius hæc verba: *Vt laici secus altare quãdo sacra mysteria celebrantur stare, vel sedere inter Clericos non præsumant, sed pars illa, quæ cancellis ab altari diuiditur, tantum psalentibus*

pateat Clericis. Hactenus Concilium vbi ponderantur verba illa, *laici secus altare*. Et illud: *non præsumant*, quibus prohibitionem inferri certum videtur, argumento text. in cap. decernimus 2. de iudicijs, ibi: *Decernimus vt laici Ecclesiastica tractare negotia non præsumant, &c.* quibus non reuocatur in dubium, quin prohibitio, & incapacitas denotatur.

12 ¶ Deinde idem etiam probat textus in cap. Sacerdotum 29. de consecrat. distinct. 2. ibi: *Quamobrem nulli laicorum, liceat in eo loco, vbi Sacerdotes, & reliqui Clerici consistunt (quod presbyterium nuncupatur) quando Missa celebratur consistere, &c.* vbi expenduntur verba illa: *Nulli laicorum liceat*, quibus etiam prohibitio significatur, vt ex Castro Metina, & alijs, probat Sãchez in præcepta decalog lib. 6. c. 4. n. 38. ad finem.

13 ¶ Rursus probare idem videntur textus in cap. nõ oportet 25. cap. non oportet 29. distinct. 23 in illo enim statuitur non oportere Subdiaconos introire in Diaconium, idest in sacrarium, & in hoc; in sacratos ingredi non oportere in eũdem locum, ex quibus iuribus sic argumentari valet: ergò nõ possunt laici tanquã in sacrati, & non ministri ingredi, vel sedere in presbyterio, quod idem est, quod sacrarium, iuxta veram intelligentiam verbi: *Diaconium*, secundum glossam in dict. cap. non oportet 25. verbo, *Diaconium*, ac per consequens dicendum erit, laicis esse prohibitum in presbyterio sedere, cum de maiori ad minus validum sit in iure argumentum, l. in suis in fin. ff. de liber. & posth l. nec in ea 22. ff. de adulter. Authent. multo magis, C. de sacros. Eccles. cap. si ego 8 quæst. 1. cap. si Paulus, & ibi glo. 22. q. 5. c. per venerabilem, qui fil. sint legit Surd. de alim. tit. 9 q. 1. n. 11. & est vulgare.

14 ¶ Vlterius probare videtur text. in l. 1. tit. 11. p. 1. ibi: *Nin deuen los legos, nin las mugeres estar arrededor del altar, nin llegar a el quando dixeren la Missa, &c.* & glos. ibi verb. *en el coro*, vbi etiam citat glossam in l. 2. C. de sacros. Eccles. in cuius textus dispositione, & litera ponderantur verba, *nin deuen*, quæ prohibitionem inducere refert Sanchez vbi proximè num. 36. ex text. in c. si quis 1. c. si Episcopus 11. q. 3. c. sicut Ecclesia 12. q. 2. c. propofuit, §. super quo, c. oblatæ de appellat. c. vt fame, §. respõdemus de sentent. excommunic. Felin. in c. nam concupiscentiam de constit. n. 6.

15 ¶ Eademque iuris repugnantia, vel saltim vehemens iuris præsumptio aduersus prædictam quasipossessionem probari videtur, nam vt tradit Augustinus Barbosa in 2. tom. vot decis. lib. 3. vot. 115. num. 6. nullus in presbyterio præter Episcopum Diœcesanum in sede, potest sedere ex ceremonial. Episcop. lib. 1. tit. 13. de sedibus Episcopi. Ergò dum prætẽditur

tur per D. Ferdin. Eman. se in quasipossessione esse, dicendum erit, quod nisi doceat de titulo, iniusta reputabitur, licet longa sit, ac per consequens manuteneri nequiuit, ex superius dictis num. 10.

16 ¶ Et confirmatur præfata iuris repugnantiæ præsumptio, ex illo quod idem August. Barbos. tradit ex ceremoniale Episcoporum, vbi proximè in illis verbis: *Itaut nec presbyter, qui Missam cum Diacono, & Subdiacono cantaturus est, sedere possit, nisi in scanio ob longo decenter ornato ex parte Epistolæ, &c.* Quod etiam comprobat num. 22. & de officio & potest. Parrochi, c. 9. 1. part. num. 5 ad fin. in summa Apostolica, colect. 552 nu. 62. ex sacrę Eminentis. Cardin. Congregationis declaratione, sub die 14. Februarij 1632. qua declaratum fuit, curatum in sua Ecclesia sedere debere in scanio, non autem in sede. Quo sic constituto argumentari potest, ex alia sacræ Congregationis declaratione, de qua idem Barbos. in summa Apost. verbo, *Parrochus*, n. 8. & verbo, *curatus*, num. 12. & de offic. & potest. Parroch. vbi proximè, qua cautum est Parrochum turificandum esse ante dominum loci: ergò sicuti Parrochus non potest sedere in sede in presbyterio in cornu Euangelij, qui turificandus est ante dominum loci, dominus loci non poterit sedere in sede, quę non permittitur Parrocho.

17 ¶ Ex quibus inferri videbatur, quia ex eo, quod ius sedendi spectat ad Episcopum, & nō ad alium, & pro possessione Episcopi ius assistat (quod à D. Ferdin. non negatur) non poterit considerari aliqua quasipossessio, in eo ex iuris vulgata regula, qua docemur duos insolidum eiusdem rei possessores esse non posse, l. si vt certo 5. §. si duobus vehiculum, ff. commodati; quapropter denegandam esse manutentionē putabatur, ex traditis per Menoch. d. remed. 3. num. 740. Posth. obseruat. 72. num. 1. cum seqq. secundum doctrinam eiusdem Posth. d. obseruat. 44. n. 38.

18 ¶ Tandem vtrunque, & iuris repugnantiam, & vehementem iuris pręsumptionem deduci videtur, ex exemplis historicis, & authoritatibus, quæ ex Diuo Ambrosio, & Imperatore Theodosio referuntur in historia tripartita lib. 9. c. 30. Baron tom. 4. annalium, anno 390 Hieronymus Roman. de repub. Christ. lib 4. cap. 2. prope fin. Zerola in praxi Episcopor. p. 1. verbo, *chorus*, Pineda in vit. Diui Ioann. Baptist. lib. 1. art. 1. cap. 8. Belarminus in libello de officio Principis Christiani lib. 3. & tradunt Augustin. Barbos. in collect. ad textum in dict. c. 1. de vit. & honest. Cleric. num 1. & 2. & Graña Nieto ibidem, num. 1. Quibus omnibus sic constitutis videbatur denegandam esse manutentionem D. Ferd. Eman. propter iuris repugnantiam,

tiam, vel vehementem ipsius iuris præsumptionem, iuxta tradita supra num. 10.

19 ¶ Sed tamen pro manutentione, quam intendit dict. D. Ferdin. Eman. non leuiora conducunt fundamenta. Primum & potissimum, nam probata quasipossessione sedendi prędicto in loco à primo domino oppidi de Castril ab avo possessoris continuata per successores hucusque spatio circiter centum annorum, pluribus testibus deponentibus de visu & auditu, videtur non posse denegari manutentionem, siquidem ad eius effectum consequendum, tantum possessio, vel quasi attenditur; & si de ea constat, constat de bono iure, absque eo quod requiratur titulus, licet contra se habeat repugnantiam iuris, vel vehementem iuris pręsumptionem, Natta cons. 121. num. 15. Menoch. d. remed. 3. num 588. & remed. vlt. sub num. 36. Mascard. de probat. conclus. 1205. num. 1 & 2 Tusch. in verbo, *interdictum*, conclus. 285. num. 20. Stephan Gratian, discept. forens. c. 402. num. 4. Surd. cons. 481. num. 4. Anton. Faber in suo Codice lib. 8. tit. 4. defin. 5. Riccius in collect. decis. collect. 1507. & 1854. Marquesan. de commis. 1. p. fol. 984. Alexand. Ludouis decis. 9. num. 9. & decis. 275. num. 12. & alij quamplurimi quos refert Posth. de manutenend. obseruat. 42. num. 1. cum seqq. & num. 8. & decis. 320. num. 12. decis. 470. num. 7. & 15. decis. 589. nu. 8. decis. 650. num. 5. & decis. 213. num. 3. & præcipuè cum quasi possessio de qua in præsenti tam longeua sit, quæ excludit omnem iuris repugnantiam, & eius præsumptionem, atque ita manutenibilis, vt ex Marescot. variar resolut. lib. 1. cap. 11. nu. 53. & seqq. Caual. decis. 80. num. 8 quos & alios refert. Posth. obseruat. 44. à nu 23. cum seqq. & decis. 217. n. 8. decis 635. n. 13. decis. 32. n. 8. decis. 33. n. 6. decis. 513. n. 7 decis. 635. n. 13. & ex Gutierr. pract. quæst, lib, 3. q. 14. n. 39. tradit idem Posth. decis. 648, n. 36.

20 ¶ Cui quidem fundamento non videtur obstare, ea quæ pro parte Fiscalis Ecclesiastici considerata reperiĕtur. Primo enim illud, quod obiectum fuit circa personas testium, qui deposuerunt pro quasipossessione D. Ferdin. Eman. ratione subiectionis ex doctrina Farinac. d. quęst. 55. num. 212. eam limitationem habet, quam refert idem Farinac. ibidem, numer. 207 in illis verbis: *Limita primo dictam secundam huius tertiæ inspectionis regulam; vt procedat quando ageretur de probando factum, vel dictum in statu illius domini, cuius testis productus est subditus, at secus si ageretur de probando factum, aut dictum extra illius statum, quia tũc subditi, & vassalli non videntur admittendi, & quatenus admissi eis non est credendum, ex relatis per nos in prima regula, num. 192. & seq. &c.* Ergò cum testes præfati deponant de facto in statu præd. D. Ferdin.

Ferdin. Eman. testes idonei erūt circa quasipossessionem sedēdi prędicto in loco.

21 ¶ Potius autem videtur Beneficiatis, ac Clericis oppidi de Castril, qui deposuerūt pro parte Fiscalis Ecclesiastici non esse dandam fidem, ex eo, quia sunt testes in causa propria, probatur ex eo quod communiter traditur per Doctores in text. in d. cap. 1. de vit. & honest. Cleric. & pręcipuè à Zabarella ibidem, num. 2. vbi supra, num. 9. vbi pro cōstanti docetur, prædictos Clericos ius habere invitandi laicos ad sedem intra cancellos altaris, & ex eo, quia prædicti Beneficiati, & Clerici ius Parrochi constituunt in dicta Ecclesia Parrochiali de Castril, & Parrochus in sua Parrochia tantam potestatem habet, quantam Episcopus in sua Diœcesi, Abbas in cap. 1. de dolo & contumat. num. 28. & in cap. venerabilis de elect. nu. 19. quem refert Barbos. de offic. & potest. Parroch. p. 1. cap. 9. num. 3. cū seqq. Ergò cum indubitatum sit prædictum ius sedendi in presbyterio ad Episcopum Diœcesanum pertinere, ex Augustino Barbos. vbi supra, num. 15. cum seqq. dicendum venit, etiā prædictum ius saltim quoad repugnantiam, & periudicium spectare ad Beneficiatos & Clericos, tanquam ad Parrochum prædictæ Ecclesię. Et colligitur ex verbis text. in d. cap. 1. de vita & honest. Cleric. ibi: *Tantum psalentibus pateat Clericis*, & in d. cap. Sacerdotum, ibi: *Vt liberè & honorificè possint sacra Officia exercere.* Ex quibus verbis patet ob fauorem Clericorum inseruientium altari separari statuitur Clericos à laicis, ne impediantur Clerici in celebratione Diuinorum, atque ita certum videtur, prędictos Beneficiatos, ac Clericos esse partes, quibus competit ius admittendi, vel repugnandi sedem in presbyterio, & cū sint pars, testes idonei non erunt in præsenti, ex regula text. in l. nullus, ff. de testib. l. omnibus, C. eodem, cap. insuper de testib. vbi communiter Doctores, & refert Farinac. vbi supra, quæst. 65. num. 31. quos & alios, refert Posth. de manutent. obseruat. 38. n. 14. & seq. Ex quibus infertur inspiciendas, nec considerandas esse rationes cōtrarietatis, verisimilitudinis, dignitatis, ac alias de quibus supra num 4. & 5. cum authores, de quibus ibi loquantur, data paritate probationum, vt apud ipsos videre est.

22 ¶ Ac per consequens affirmandam censetur, testibus deponentibus pro quasipossessione D. Ferdin Eman. & nō testibus Fiscalis, eam negantibus integram esse dandam fidem, & præfatam quasipossessionem, ex superabundanti probatam esse ad consequendam manutentionem, dū depositio vnius testis, ad eam obtinendam sit sufficiens, Menoch. de retinēd. possess. remed. vltim. num. 34. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 425. num. 56. & cap. 503. num. 16 & seq. cap. 910. n. 23. &

decis. 192 n. 34. Ricc. in collect. decis. collect. 34. Surd. cons. 75. n. 38. Farinac. vbi supra, q. 65. n. 31. quos & alios refert Posth. de manutenend. obseru. 38. n. 14. & seq.

23 ¶ Adcò tamen, vt etiam si tantum de vnico actu quasipossessionis constaret, non venit deneganda manutentio, cum vnicus actus sufficiat ad tribuendam quasipossessionē manutenibilem, vt ex Menoch. Stephan. Grat. & Posth. diximus num. 7. & maximè dum actus, in quo tā testes D. Ferdin. Eman. quam Fiscalis contestes apparent contractus non sit, vt patet ex delatione, quam prædicti Beneficiati dederunt officiali Bazensi, qua fatentur se non contradixisse, ob quod videtur, doctrinam regulæ, qua docemur manutentionem dādam esse possidēti de tempore motæ litis, vel contextatæ seu paulo ante locum habere, quam probant Couarruv. pract. quæst. d. cap. 17 num. 5. in fin. Marques. de commis. p. 1. fol. 968. & p. 2. fol. 596. num. 1. & 3. Fontanel. de pact. nupt. claus. 7 glos. 3. p. 10. num. 53. tradit Posth. d. obseruat. 17. num. 8 & decis. 89. num. 1. quibus in locis quamplurimos authores cumulat, & de vnico actu in sedilibus in Ecclesia, d. obseruat. 18. num 25. absque eo quod obstare possit, illud quod ex eodem Posth d. obseruat. 17 num. 49. superius obiectum fuit, d. num. 7. nam vt inferius dicetur ad cōtinuandam quasipossessionem patris, & ascendentium necessaria non fuit vlla quasipossessionis apprehēsio in prædicto D. Ferdin. Eman. ad hoc vt manuteneri debeat, nec indiguit aliqua authoritate ad continuandam præfatam quasipossessionem, & actum illius de quo constat.

24 ¶ Quod autem ad continuandam quasipossessionem, de qua in præsenti non requiratur apprehensio vlla D. Ferdin. Eman. sed sufficere probasse quasipossessionem ascendentium ad consequendam manutentionem, probatur ex limitatione regulę generalis, quam attulimus, supra num. 8. quia licet regulare sit possessionem non transferri in hęredes, hoc tamē procedit in rebus corporalibus, secus autem in incorporalibus, & in iuribus respectu earum; in his enim non est necessaria apprehensio ad continuandam quasipossessionem ascendentium in hęredibus, & successoribus, vt in eisdem terminis videtur resolvi à Gratiano, d. cap. 110. num. 14. in illis verbis: *Amplius dabitur actio iniuriarum contra ammouentem scanium de loco, in quo laicus habebat ius sedendi in digniore parte Ecclesiæ; quia est ius honorificum, quod acquiritur per successionem succedendo ei, qui illud ius quæsiuit, quamuis sit extraneus, itaut si adsint plures hæredes præferatur dignior, & magis idoneus, Paris cons. 149. lib. 4. & de iure, quod habet institutor maioratus in sedilibus, & banchis, quod transeat ad successores, quemadmodum ius patronatus concludit Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 24. num. 34 &c.*

34. &c. Et idem probari videtur per Nicol. Garc. de benefic. p. 5. cap. 5. à num. 33. vsque ad num. 37. ibi: *Sed prior opinio videtur verior, quæ absque dubio procedit in quasipossessione iuris patronatus, seu conferendi, quæ erat apud antecessorem ratione dignitatis, seu Beneficij, castri, villæ, vel Comitatus, Rot dict. decis. 1. de iure patron alias 140. in nouis. Achilles sup. num. 8. quæ continuatur in successorem sine alia apprehensione, &c.* Refert Posth. d. obseruat. 55. num. 33. ad finem cum seqq. & num. 96. vbi hanc limitationem pluribus probat. Ergò cum parificatum sit ius sedendi cum iure patronatus, vt ex Molin. tradit Gratian. vbi proximè, & in iure patronatus detur continuatio quasipossessionis absque apprehensione, etiam dabitur in iure sedendi, siquidem parificatorum idem est iudicium, cap. intercorporalia, cap. sicut ergò, de translatione Episcop. cum vulgatis in dubium non venit, quim quamvis D. Ferdin. Eman. non apprehendisset quasipossessionem, nec vllum actum fecisset, eam quasipossessionem antecessorum in eum continuari, atque ita tanquã verus quasipossessor potuit absque alia authoritate constituere sedem in continuatione prædictæ quasipossessionis, cum iure faciat, qui iure suo vtitur, argumento text. in l. nullus 55. ff. de regul. iuris, l. 2. §. fin. ff. de aqua & aqua pluvia arcend. vnde concedenda, potius quam deneganda erit manutentio, ex traditis supra n. 19. & vbi proximè per Posth.

25 ¶ Secundo enim non videtur obstare obiectio illa, quæ deducta fuit, ex eo quod diximus pro secunda dubitatione supra num. 9. asserendo prædictam quasipossessionem dependere ex gratia & facultate Episcopi, & Clericorum, & tanquam inhærentem actibus facultatatiuis, non habendam fore in consideratione ad manutentionem, quia ex eadem doctrina Gratiani, quã ibi attulimus, diluitur difficultas in dict. cap. 210. num. 40 ibi: *Prout etiam dabitur mandatum de manutenẽda in possessione sedendi in altiori, seu digniori loco in Ecclesia, &c.* Et quamvis sedere in Ecclesia in digniori loco dependeat ex gratia Episcopi, simile ius acquiritur, & potest acquiri adinstar iuris patronatus, vt idem Gratian. ibidem in illis verbis: *Et facit etiam nam quemadmodum ex gratia patronus habet ius patronatus in Ecclesia, cap. quoniam, de iure patron. sic etiã potest ex gratia concedi ius sedẽdi honoris causa, &c.* Et data quasipossessione manutenibili in iure patronatus, vt ex Menoch. de retinend. possess. remed. 3. num. 13. & seqq. Bocat. de interdict. vti possidet. cap. 2 num. 29. & alijs probat Posth. obseruat. 10. num. 25. & seq. idem dicendum videtur in iure sedẽdi in altiori, & digniori parte Ecclesiæ, ac per consequens prædictum ius, atque quasipossessionem non inhęrere actibus merè facultatiuis, licèt ad acquirendum simile ius requiratur consensus Episcopi, saltim præsumptus vt inferius.

Vlte-

26 ¶ Vlterius quia cum præcesserint tot tātique actus sessionum per ascendentes præd. D. Ferdin. Eman. cū præsentia & tolerantia Episcoporū Guadicensis Diœcesis, & Clericorum, ac Beneficiatorum oppidi de Castril, vt ex depositionibus testium constat, absque alio requisito fuit acquisitum ei ius ad conseruandam sedem, vt idem Gratian. tradit vbi proximè num. 51. ibi: *Quibus adde, quod istæ sedes, sepulchra, & scania propria in Ecclesia possunt vindicari ab illis, qui huiusmodi vsum aliquando in ea habuerunt, quamvis expressus consensus Episcopi non intervenisset, sed simplex tolerantia, &c.* in quibus notantur illa: *Aliquando in ea habuerunt*, & illa, *possunt vindicari*. Ex quibus patet, actum aliquando factum cum tolerantia Episcopi tribuere ius proprium quo ad sedem, atque ita necessario infertur ex eis gratiam & tolerātiam Episcopi, quæ requiritur ex supra traditis ad introducendum tale ius non esse quid merè facultativum, idem colligitur ex Lambertino, vbi supra, d. lib. 1 part. 1. art. 15. quæst. 10. nu. 2. Quod quidem adeò verum est, quod si aliquando adfuit, consensus, & tolerantia quibus introductum fuit ius, talis consensus, & facultas irreuocabilis erit, argumento text. in l. 1. §. prodest autem, ff. quor. legat. vbi Doctores, & in l. si quis mihi, §. iussum, ff. de acquir. hæredit. notant Aretinus in d. §. iussum, num. 6 Casaneus in constitut. Burgund. Rubric. 4. §. 1. glos. sans licence, num. 3. & in §. 7. eiusdem Rubricæ, glos. si cent du cōsentemēt. num. 42. & seq. ibi: *Per hoc dixi, quod dominus habens altam iustitiā, qui concessit alicui edificare columbarium in sua iustitia, non potest illam reuocare, illo etiam nondum incepto, &c.* & in Rubrica 13. §. 9. glos. sans licence du seigneur, num. 1. Tiraquel. in legibus conubialibus, glos. 8 num. 125. Azeved in l. 3. num. 7. & in l. 4. num 33. tit. 3. lib. 5. nouæ Recopil. Ex quibus infertur prędictos actus non esse merè facultatiuos, & ex eorum pluralitate, & antiquitate exclusam esse omnem præsumptionem facultatis & familiaritatis, vt ex Gratian. discept. forens. cap. 681. n. 6. Cacher. decis. Pedemont. 99. num. 19. Alexand Ludouis. decis. 162. n. 16. & ibi Additionator, quos & alios refert Posth. obseruat. 53. num. 20. & obseruat. 54 num 20, decis. 41. num. 8. & decis. 32. num. 9. quibus in locis exclusa per plures actus pręsumptione facultatis possessio, per eos acquisita est manutenibilis. Ergò cum in præsentiarum consensus, & gratia Episcopi non inducāt quid facultativum, & præsumptio facultatis per plures actus exclusa censeatur, & consensus, & tolerantia Episcopi & Clericorum interuenerit, vt constat concedēda erit manutentio D. Ferdin. Eman.

27 ¶ Tertiò, nam licet ad hoc, vt denegari non possit manutentio, superius dicta satis superque sufficere videren-

tur,

tur, & ex eis inferri iuris repugnantiam nõ adesse, nec illius pręsumptionem, nihilominus tamen iura, quæ iuris repugnantiam probare putantur, & fundamenta pro parte Fiscalis Ecclesiastici adducta ad eam, & iuris cõtrariam præsumptionem roborandam, ex sequentibus diluuntur, & lucem capiunt. Primo igitur text. in d. cap. 1. & similia dum excludere videntur laicos à sedibus intra cancellos altaris, non intelliguntur de præcepto, sed tantum de honestate, atque consilio, & propter decentiam, vt ex eisdem patet, & probant communiter DD. vt videre est apud eosdem, Innocentius autem in d. cap. 1. in princip. sic ait: *Hoc caput loquitur de honestate non enim crederem, aliquem peccare mortaliter si inter Clericos staret, maximè vbi non est contraria consuetudo, &c.* & Hostiensis ibidem, num. 3. ibi: *Hoc statutum de honestate loquitur, non enim credit D. N. quod mortale peccatum sit si contrarium fiat, &c.* Ioannes Andræas, & Antonius de Butrio ibidem, n. 4. in illis verbis: *Et etiam procedit de honestate, quia per hoc non peccant mortaliter, ibidem stantes secundum Doctores, &c.* quæ verba ab eodem repetuntur num. 12. & Cardin. Zabarela vbi supra num. 2. ibi: *Tertio oppono imò laici possunt etiam prope altare, vel in choro inter Clericos morari, nam de licentia Clericorum possunt interesse spiritualibus actibus, 63. distinct. c. 1. & 2. & seq. soluit Hostiens. scilicet, quod hic prohibetur temeritas in verbo non præsumant, & sic fatetur Hostiẽs. quod de licentia Clericorum possunt, dic quod si hoc caput intelligatur esse præcepti, Clerici non possunt hanc licentiam dare cum inferior, Papa non potest dispensare contra Canones, nisi in casibus expressè permissis, vt in cap. dilectus de temp. ordin. & quod ibi notat, sed quia hoc caput loquitur de honestate, vt infra eodem contrario, ideò placet dictum Hostiensis, &c.* Et inferius num. 3. ibi: *Et pro hoc facit, quod dicit Innocent. dicens, quod hoc caput loquitur de honestate, ideò non credit aliquem peccare mortaliter, &c.* Abbas Panormit. ibidem, num. 6. in fin. sic ait: *Sed quæro an peccent laici non obseruando hoc statutum, Innocẽtius dicit, quod non, loquitur enim hoc caput de honestate; ideò non ligat contrafacientes, maximè vbi consuetudo est in oppositum, &c* idem probat Anchar. ibidem, num. 4. Felinus in cap. 1. de constitut. num. 20. in illis verbis: *Idem dicit dominus Abbas hic vbi constitutio loquitur de honestate, quia tunc non obligat, etiam ad veniale, & remittit ad Innocẽt. in cap. 1. de vit. & honest. Cleric. &c.* Pater Suarez de legibus lib. 7. cap. 6. num. 8. ibi: *Intelligit autem contra honestatem, id est contra decentiã, quæ non semper includit aliquid contra ius diuinum vel naturale; vt verbi gratia, quod laici in choro sedeant cum Clericis, non est contra ius diuinum vel naturale, & tamen indecorum est, &c.* Et comprobatur, nam vt de se patet materia circa quam constitutiones, & iura præfata loquuntur respicit honestatem & decentiam, & ad hoc vt pręceptum constituatur recurrendum est ad subiectam materiam,

etsi illa de sua natura non necessitat, dicitur potius quædā exortatio, quam præceptum licet verba aliud sapiant, ita tradunt cōmuniter scribentes in cap. 1. de constitut. & Felin. vbi proximè Sanchez in præcepta decalogi lib. 6. cap. 4. à num. 36. cum seqq. ex quibus infertur prædicta, vti non prohibitoria, nec præceptiua non repugnare prefatæ quasi possessioni.

28 ¶ Rursus etiam probatur, nā vt ex doctrinis proximè relatis constat, laicos sedentes intra cancellos altaris non peccare certum est, quapropter consuetudine potest acquiri ius sedendi, cum vbi peccatum non datur, ibi consuetudo non improbatur, ex text. in cap. finali, de consuetudine, probant communiter DD. quo fundamento ducti Abbas in dict. cap 1 sic ait: *Maximè vbi consuetudo est in oppositum, &c.* & Innocent. ibidem in illis verbis: *Maximè vbi non est contraria consuetudo, &c.* Tenent consuetudine posse acquiri ius sedendi intra cancellos, & quia ius repugnare non dicitur, vbi quod prætenditur potest acquiri consuetudine, vt ex Posth. decis. 194. num. 11. docemur, fatendum venit possessioni vel quasi, de qua in præsenti ius nō repugnare.

29 ¶ Deinde quia prædicta iura licet de præcepto intelligerentur non comprehēdunt personam D. Ferdin. Eman. nam in generalitate verbi, *laicorum*, non comprehenduntur laici insignes, atque illustres, in hac materia, ita consuetudine interpretatum, videtur ex stilo, & ceremonia Romana, nam quotiescunque adest Summus Pontifex in capella, atque in presbyterio, eodem loco assistunt legati, ac alij Principes seculares, & electores Imperij, vt in ceremon. antiq. Roman. constat in Rubrica de recept. alicuius Principis Electoris Imperij, vel alterius Principis; & in terminis pro laicis illustribus, adest Concilium Toletanum, cuius meminit Graña Nieto in d. cap. 1. nu. 9. ibi: *Hodie verò laici, qui titulo sunt illustres admittuntur intra cancellos ex Concilio Prouinciali Toletano, anno 1506. act. 3. notat Cenedus in collect. ad decretal. collect. 35. num. 4. &c.* Idemque statutum videtur in Ecclesia Methropolitana Granatense, ex cuius constitutionibus admittuntur laici, titulo illustres in presbyterio vt est notum Nec si dicatur prædictum Concilium Toletan. intelligendum esse de permissione, sedis intra cancellos altaris maioris, non verò in presbyterio, non videtur denegandam esse permissionem dicto D. Ferdin. Eman. cum ipse tantum intendat suam conseruare sedem intra cancellos, quod presbyteriū nuncupatur, ex text. in d. c. Sacerdotum, iuncto text. in d. c. 1. de vit. & honest. Cleric. ob quod dicendum erit quasi possessionem D. Ferdin. Eman. non habere iuris repugnantiam, cum iure talis sedes permittatur intra cancellos.

Et

30 § Et ad excludendam iuris repugnantiam, & ipsius præsumptionem considerandum venit; non esse nouũ Principes sęculares & laicos, illustres præsidere Concilijs, ea conuocare, ac confirmare eisdem interuenientes, sedemque habentes inter Episcopos, & Ecclesiasticas personas, & electionibus Prælatorum interuenire (quod omne spiritualissimum est) & probatur ex text. in cap. continua 4. 11. quæst. 1. ibi: *Item constãtinus Imperator præsidens in sancta synodo, &c.* tradit Nicefor. lib. 15. cap. 4. loquens de Concilio Calcedonense; quod in medio Principes Senatores consederunt, & Belarmin. lib. 1. de Concilijs, cap 19. §. adde quod vigilius, sic ait: *Ipsi etiam Imperatores cũ indicebant Concilia, alios omnes Episcopos per edictum præcipiendo vocabant, Romanum autem invitabant, vt dignaretur venire si placeret, &c.* & in §. altera ratio est, sic loquitur: *Altera ratio est, quia in Concilijs Orientalibus semper interfuit Imperator, aut aliquis eius legatus, et quamvis nec Imperator, nec legatus eius præsideret Concilio, prout iudex tamen præsidebat, saltem quoad locum materialem, & etiam si Summus Pontifex ibi fuisset, adhuc voluissent illi eo modo præsidere, vt patet ex Concilio Florentino in initio, vbi Greci omnino contendebant, vt in summo loco sederet eorum Imperator, & Summum Pontificem præcederet at quamvis vtrunque tolerabile sit, vt Princeps sæculares in Concilio sedeãt ante alios Episcopos, tamen nullo modo conuenit, vt ante ipsum Summum Pontificem, ne ergò vel hoc tolerandum esset, vel tumultus excitandus non ibat ad ea Concilia, sed legatos tãtum mittebat, &c.* Et in § itaque, sic ait: *Tres ordines sedium erant in Concilio, vnus à dextris, alter à sinistris, & tertius in capite aulæ totius, & quidem in hoc tertio sedebat Imperator, &c.* Et Sozomenus lib. 1. cap. 8. loquens de Imperatore Constantino, de quo fit mentio in d. cap. continua, sic ait: *Transiens ad supremam partem conuentus in sella quandam sibi apparata, accedit omnibusque, qui aderant in Concilio dedit mandatum, vt consederent*; idem probat Eusebius de vita Constantini lib. 1. cap. 7. & lib 8. cap. 16. & lib. 3. cap. 10. & ex Concilio Generali Constantinopolitano, quod celebratum fuit tempore Imperatoris Theodosi, anno 381. constat Patres, qui in eo interuenerunt, ita aloquentes Imperatori dixerunt: *Rogamus igitur tuam clementiam, vt per literas quoque tuæ pietatis, ratum habeatur Concilij decretum, vt sicut literis quibus nos convocasti, Ecclesiã honore prosecutus est, ita etiam finem eorumque decretum obsines, &c.* Et etiam ex sexta synodo generali, quæ Constantinopoli celebrata fuit anno 680. tempore Imperatoris Constantini Pogonati, constat prædictũ Imperatorem præsidisse, & id similiter euenit anno 870. sub Imperio Basilij Macedonicij, qui præfuit Concilio constat ex eodem Concilio, tom. 3. Concil. part. 2. in 8. act. ibi: *Præsidente Imperatore in magnificentissimi Tẽpli Magnæ Ecclesiæ parte dextra, &c.*

& in

& in Concilio generali Constantiense celebrato anno 1415. imperante Sigismundo Rege Vngariæ præsente Pontifice Ioanne XXIII. consedit inæquali loco Pontificis, & post renuntiationem ipsius præfuit Concilio, vt constat ex sess. 14. eiusdem Cōcilij, in illis verbis: *In cuius quidem sessionis principio, præfatus dominus Romanorum Rex inductus vestibus Imperialibus recessit, de sua sede solita, & transiuit ad aliam sedem positam in fronte altaris, tanquam præsidens pro tunc in Concilio.* Quod idem euenit in alijs Concilijs generalibus.

31 ¶ Et in Concilijs nationalibus nostræ Hispaniæ idem obseruatum, videtur tempore enim Regis Recaredi, anno 589. celebratum fuit Concilium Toletanum tertium, de quo loquens Maximus Archiep. Siracusan. in Chronicum, sic ait: *Sederunt à latere Regis dextro Pontifices, & Abbates, post eos retro presbyteri stabant Diaconi, ad sinistram verò Palatini omnes, &c.* Et in fine Concilij subscripserunt Rex, & Regina sequenti forma: *Flauius Recaredus Rex hanc deliberationem, quam sancta definimus synodo confirmans subscripsi.* Et ita: *Ego Bada Regina gloriosa.* Et Archiepiscop. Roderic. loquens de eodem Concilio lib. 2. cap. 3. sic ait: *Gesta Concilij subscriptione firmauit Rex abdicans Pontificibus, & Palatij primoribus.* Et in Concilio quarto Toletano Rex Sisinandus, etiam præfuit Concilio eum confirmauit, & subscripsit cum proceribus, & laicis illustribus, qui ei interfuerunt probat idem Archiepiscopus Roderic. vbi supra, cap. 19. tradit etiam Mariana in Historia generali Hispaniç, lib. 6. cap. 5 & Ambros. de Morales lib. 12. cap. 19. Padilla de Hist. Eccles. 2. part. centur. 6. cap. 57. & centur. 7. cap. 63. successiuè, idem videtur gestum in cæteris Concilijs Toletanis, & in duodecimo Concilio Can. 1. sequentia inueniuntur verba: *Consedentibus Episcopis, atque senioribus Palatij vniuersis,* & Archiepiscop. Roderic. loquēs de eodem Concilio duodecimo lib. 3. cap. 12. sic ait: *Cum stimabili Clero, & Christianorum collegio laicorum, &c.* Et tandem Prudent. à Sandoval in Chronica Regis Alphonsi Septimi cap. 65. & seq. lato calamo recenset authoritatem Regum Hispaniæ, in conuocandis Concilijs præsidentia eorum, & in electionibus Prælatorum, atque in diuisione Diœcesum, & circa electiones Prælatorum, adsunt iura quibus permittitur laicorum assistentia, vt probat text. in cap. quia igitur, cap. principali, cap. Reatina cum seqq 63 distinct. Ergò cum laicis non prohibeatur interuentio in Cōcilijs, & sedes inter Episcopos, ac personas Ecclesiasticas, nec aduersus prefatam quasipossessionē iuris repugnantiam, nec illius prçsumptionem dari, censendum est.

32 ¶ Quibus etiam non obstat, illud quod obiectum fuit, ex text. in d. cap. non oportet 25 cap. non oportet 29. dist.

23. nam intelliguntur ibi statum esse; non oportere ministros nõ destinatos ad ministeriũ altaris ei ministrare, in Ecclesia igitur vnusquisque suum ministerium debet exercere, & non aliorum occupare exercicium, ad se non spectans, atque ita non est mirum, quim in sacrati repellãtur à ministerio altaris, & Subdiaconi non admittuntur in exercitium Diaconorum, ita patet ex cõtextu prędictorum iurium, quapropter ex eorum decisionibus, non potest deduci argumentum in pręsenti.

33 ¶ Nec etiam obstare videtur, quod ex Ceremon. Episcop. lib. 1. tit. 13. de sedibus Episcopi, refertur ab August. Barbos. quia prædictum Ceremoniale loquitur in Ecclesijs Catedralibus, vbi Episcopi continuo resident, & in presbyterio strictè sumpto, scilicet intra gradum altaris maioris, vbi presbyter celebrat, & cum materia odiosa sit, & prohibitoria extensionem non habet præter casus expressos, l. cum quidam, ff. de liber. & posthum. cap. renouantes, 22. distinct. cap odia, de regul. iur. lib. 6. cap. ne aliqui, de priuileg. eodem lib. l. non nunquam, ff. de condit. & demonstrat. l. expressa, ff. de regul. iur. Surd. cons. 365. num. 25. Menoch. de præsumpt. lib 6. quæst. 15. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 1237. num. 2. Gratian. discept forens. cap 699 num. 14. & seq. cũ cæteris vulgatis. Nec item prędictam præsumptionem inducere videtur, argumentũ illud de turificatione domini loci in competentia Parrochi, in qua præfertur Parrochus domino loci, cum Parrochus ex sacræ rituum congregationis declaratione non habeat sedẽ in presbyterio, nam si aliqua sedes spectaret ad Parrochum, ea maxime, quæ ad Episcopum pertinet, Porrochus enim quoad sedem, licet quoad cętera tantam habeat potestatem in Parrochia, quantam Episcopus in Diœcesi, vt diximus supra num. 21. non potest Episcopi sedem occupare, vt probat idem Barbos. d. vot. 115. à num. 18. at verò laicus, & dominus loci si sedeat intra cancellos, non occupat sedem Episcopi, sed aliam inferiorem, atque ideò non ex eo quod denegetur, sedes Parrocho denegatur domino loci.

34 ¶ Ex quibus etiam infertur nullã oriri iuris repugnantię præsumptionem aduersus prætensam quasipossessionẽ D. Ferdin. Eman. ex eo quod sedes in presbyterio pertineat ad Episcopum, nam vt superius diximus etiã laicus insignis, atque illustris (vt in prædicto considerandum est) potest sedere intra cancellos libera remanente sede Episcopi, vt contingit quãdo Sum. Pontifex sedit cum Principibus sæcularibus, atque ita cũ detur compatibilitas, nõ datur iuris repugnantiæ præsumptio, vt tradit Posth. de manutenẽd. obseru. 72. n. 20. vbi tali casu nõ denegatur manutẽtio.

35 ¶ Tandem non obstat, quod ex Diuo Ambrosio, & Imperatore Theodosio communiter traditur, & quod refertur ex consuetudine Regum Catholicorum nostræ Hispaniæ, nam certum est gestum ab Diuo Ambrosio, tunc temporis non fuisse, ex eo quod non pertineret ad Imperatorem sedes intra cancellos altaris, quia ad ipsum spectabat ibi stare, vt colligitur ex eodem facto, siquidem si in alijs ocasionibus ibi non sedisset, nõ remaneret in eo loco, ita vt à Diuo Ambrosio expelleretur, & probatur, nã Imperatoribus expresse permissum erat ibi sedere, vt constat ex Canone 69. ex Trullanis, quæ sub sextæ synodi nomine circumferuntur, in illis verbis: *Nulli hominum liceat, qui quidem sit in laicorum numero intra sacrum altare ingredi, ab eo tamẽ nequaquam probibita potestate, & authoritate Imperatoris, quando quidem voluerit creatori, dona offerre ex antiquissima traditione, &c.* Et Nicefor. loquens de eodem Imperatore Theodosio, lib. 12. c. 41. sic ait: *Lacrimans surrexit, & diuinum sacrarium ingressus est, & dono ex consuetudine oblato intra sacros cancellos permansit in sanctiore Sacerdotum loco, vbi antiquitus Imperatores consistere, mos erat propter dignitatis sublimitatem à plebe segregatos, &c.* Sed ideò repulsus fuit, quia reputatus, vt pœnitẽs licet admissus erat in Ecclesia, ob longam pœnitentiam propter exitium Thesaliç, non tamen visum fuit Diuo Ambrosio eum admittere in sacrario, & in loco ad ipsum spectante in pœnam exitij, quod omne colligitur ex traditis à Baronio, tom. 4. annal anno 389. num. 74. & seqq. Atque hodie in Ecclesia Mediolana, in qua illud cõsigisse traditur Prorreges in eodem loco residẽt, & sedem habent in presbyterio, vt refert Anton. de Herrera in tract. competentiarum inter statum Ecclesiasticum & sæcularem, ciuitatis Mediolanæ, ab anno 1595. vsque ad annum 1598. Neque cõducit, quod Reges nostri Catholici non sedeãt prædicto in loco, sed in plano capellæ, quia licet aliç, & ponderatione dignç actiones circa cultum diuinum in eis referri possunt, hoc tamen non nisi ex sedis apparatu, atque cortina, ne impediatur ministerium Sacerdotibus fieri videtur, nam vt supra probatum manet iure poterunt, prædicta sede vti, vt alij inferiores vtuntur.

36 ¶ Vlterius pro prædicta quasipossessione D. Ferd. Eman. facit illud quod resultat ex depositionibus testiũ ipsius, quatenus ex eis dicitur habere ius sepulchri intra cãcellos altaris maioris Ecclesiæ oppidi de Castril, & ex allegationibus, & depositionibus testium Fiscalis, dum asseritur D. Ferdin. Ludouis. patrem sedisse in choro, ex quo sic argumentatur, ius sepulchri, & ius sedis parificantur, & eadem iuris prohibitio considerari potest, tam respectu sedis in choro, quam intra cancellos. Ergò admissa acquisitione, iuris sepulchri intra cancellos, debet

282

debet etiam admitti ius ſedendi,& admiſſa ſede,in choro debet ſimiliter intra cancellos admitti. Primum probant Steph. Gratian.diſcept. forenſ.d.cap. 110.per totum, & præcipuè à n.13. & d.cap.210.per totum,& maximè à num. 32. Lambertin. de iure patron.lib 1.p.1.art. 15.q 10. & art. 13. Riccius in pract. Eccleſ.ſub Rubrica præcedentiar.d.deciſ 584.quibus in locis quamplurimos authores citant,ſecundum probat expreſsè tex. in d.cap.1 de vit.& honeſt.Cleric.d.cap. Sacerdotum,& d.l.1. tit 11.p.1.& DD.quos ſupra tradidimus,atque retulimus,n.18. ac per conſequens dicendum erit ex aduerſo fateri, prædictam quaſipoſſeſsionem non habere iuris repugnantiam, nec contrariam præſumptionem.

37 ¶ Ex quibus omnibus inferri videtur, manutētionem denegari non poſſe D.Ferd.Eman domino oppidi de Caſtril,in quaſipoſſeſsione ſedendi intra cancellos altaris, vt ab eo prætenditur,iuxta ſuperius tradita, ſiquidem obiectiones, quę manutentionem impedire videbantur,diſolutæ reperiuntur, & maximè cum controuerſia ſit inter partes, vtrum ius commune reſiſtat,vel non quaſipoſſeſsioni ſedendi,licet appareat iuris reſiſtentia,vt ex Cancer.var.reſol.c.19 n.53.p.3.tradit & probat Poſth.de manut.d obſeruat 44. n.22.

38 ¶ Hiſceque rationibus ſuffultus, non obſtantibus illis,quæ pro parte Fiſcalis Eccleſiaſtici adduximus,prædictum D.Ferd. Eman. Antonium de Zafra & Guzman,dominum oppidi de Caſtril,manutenendum eſſe decrevi in ſua quaſipoſſeſſione de tempore litis motæ,ſedis intra cancellos altaris maioris Eccleſiæ Parrochialis dicti oppidi, abſque præiudicio ſedis Epiſcopi Guadicenſis,qui primum & altiorem locum in preſbyterio, in cornu Euangelij debet obtinere. Datum Cazorlæ Toletan. Diœceſis,die 18 menſis Auguſti,anni 1651.

Doctor Chryſoſtomus Perez Davia.